



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

XIV. Markgraf Johann Überläßt die Münze für den District Salzwedel und Lüchow der Ritterschaft und der Stadt Salzwedel und macht Hinsichts der Münze und des Zolles verschiedene Anordnungen, am 21. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

in dictarum villarum qualibet celebrabit. In cuius rei Testimonium iussimus presentem literam sigilli nostri munimine roborari. Datum Soltwedel anno Dn. M. CCC. quarto in die Mattiae Ap.

Von einer Abschr. im Schulenb. Archiv zu Propstei Salzw.

**XIV.** Markgraf Johann überläßt die Münze für den District Salzwedel und Lüchow der Ritterschaft und der Stadt Salzwedel und macht Hinsichts der Münze und des Zolles verschiedene Anordnungen, am 21. Dezbr. 1314.

— Inde est, quod nos Johannes — Marchio — recognoscimus — quod de maturo consilio nostrorum Consiliariorum ac provida deliberatione honestis viris nobis fidelibus, militibus et vasallis consulis et ciuibus nostris in districtibus Saltwedele et Lucho universis ac eorum successoribus — monetam nostram in ipsa civitate Saltwedele cum iure et proprietate et omni utilitate dedimus damus et presentibus assignamus nihilominus omni jure quod nobis aut nostris heredibus veris et legitimis in posterum competere in eadem moneta possit, simpliciter et pure renunciantes. Et ipsa moneta innovari non debet quoquo modo, si vero predictis nostris fidelibus de communi consilio et consensu propter bonum terre et nostrarum civitatum videbitur tempore succedenti esse utile et consultum quod denarii fierent, qui vulgariter Oekel pennige vocantur, hoc iidem nostri fideles disponere possunt secundum proprium arbitrium prout ipsis videbitur expedire. Inter cetera recognoscimus quod predicti nostri fideles in recompensationem istius monete, ipsis a nobis proprietatis titulo date, sua propria pecunia theloneum Hinrico, Conrado militibus et Brunningo dictis de Crakow in ipsa civitate Soltwedele a nobis et nostris progenitoribus iusto pheodali titulo collatum, ab eisdem nobis iusto emptionis contractu libere et integre comparaverunt, ita quod ipsum theloneum ad nos est per istum modum rite devolutum. Et ne in posterum aliquis error suboriatur, presentibus volumus et statulimus ut exnunc nomine thelonei nil aliud quam infra continetur, recipiatur, videlicet de sarcina allecis que in vulgari Last dicitur duo solidi, de choro tritici duo solidi, de choro ordeï duo solidi, de choro filiginis duo solidi et de choro avene unus solidus Saltwedelensium denariorum recipiantur, et de ceteris massis nichil aliud requiri vel dari debere nisi quod solitum fuit et consuetum. In evidentiam istius facti presentes literas presentibus nostris fidelibus videlicet Hinrico, Frederico, Gheveardo, Alberto de Alvensleben, Hinrico Scenken, Ludowico de Wantzleue, Droyfekino nostro dapifero, Gunthero de Sando militibus et pluribus aliis satis dignis, dari iussimus nostro sigillo sigillatas. Datum et scriptum Spando per manus Herimanni de Arneburgh nostri prothonotarii, Anno Millesimo CCC. XIII. die Thome Apostoli.

Nach Lenz Brand. Urk. S. 196, vergl. mit Bekmann Schumark, Artikel Salzwedel S. 13.

**XV.** Die v. d. Schulenburg und v. Walfstowe übersenden an Segeband v. Wittorp das Testament vom Propst Hermann in Osterwohle, am 22. April 1315.

Strenuo militi et honesto suo Swagero Dom. Seghebando de Wittorpe Tidericus et Bernardus fratres Milites de Schulenborch, Bode de Walfstoue Castellanus in Soltwedele et Bodo de Walfstoue filius Dom. Conradi de Walfstoue — sue possibilitatis obsequium indefessum. Vestre